The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Mors ab
cum fontibus primis

Ad hoc autem conditor noster latere nos uoluit finem nostrum		Ad hoc autem conditor noster latere nos uoluit finem nostrum,
diemque nostre mortis esse incognitum ut dum semper ignoratur, semper proximus esse credatur; et tanto quisque sit feruentior in operacione, quanto et incertus est de uocacione	←	
ut dum incerti sumus quando moriamur semper ad mortem parati uenire debeamus.		ut dum incerti sumus quando moriamur, semper ad mortem parati inueniri debeamus.
Gregorius libro XII. moralium.		Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 12, 38 (CCSL 143A, M. Adriaen ed., p.654, ll.19-22).
	→	Esse enim nobis Conditor noster diem mortis nostrae incognitum uoluit, ut, dum semper ignoratur, semper esse proximus credatur, et tanto quisque feruentior sit in operatione, quanto et incertus est de uocatione.
		Gregorius Magnus, *Homeliae in Hiezechielem prophetam*, 2, 5, 7 (CCSL 142, M. Adriaen ed., p.280, ll.179-182).